



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lect[i]o iij

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

cautus eum patribus nostris iniuste egimus iniquitate fecimus Attende Gloria Acten.

In secundo noc. an. De etenim de die in diem querunt: et scire vias meas volunt. **an.** Nesci at sinistra tua quid faciat dextera tua. **an.** Tu autem cum oraueris intra in cubiculum et clauso ostio ora patrem tuum. **v.**

Cadent a latere tuo mille et decem milia a dextris tuis.

Quod si opus est **Lectio iiii** vnicuique infirmo secreti? aut sibi soli aut cum alio infirmo similiter faciat preparare: quia non ei oportet ut aliquem sanum roget ad prandium ne sibi augeat etiam de alterius gula peccatum. Pro eo tamen quod non potest ieiunare amplius pauperibus erogare debet ut peccata que non potest ieiunando curare possit elemosynam dando redimere.

In ieiunio et fletu orabant sacerdotes dicentes Parce domine pro populo tuo: et ne des hereditatem tuam in perditionem. **In vestibulis et altare plebani sacerdotes dicentes:** Parce domine. **Lectio quinta**

Bonum est ieiunare fratres sed melius est elemosynam dare. Si aliquis vtrunque potest duo sunt bona. si vero non potest melius est elemosynam dare. si possibilitas non fuerit ieiunandi elemosyna sufficit sibi sine ieiunio. **Je**

iuuium vero sine elemosyna non sufficit. Tu autem. **v.** In omnibus exhibeamus nos sicut dei ministros in multa patientia. Et non vituperetur ministerium nostrum. **v.** Ecce nunc tempus.

Ergo si aliquis non potest ieiunare det elemosynam. **E**lemosyna sine ieiunio bonum si vero preualet ieiunium cum elemosyna duplex bonum est. nisi forte ita sit aliquis pauper: ut non habeat omnino quod tribuat. Illis vero qui non habuerint unde possint tribuere sufficit bona voluntas. **Tu.**

Abscondere elemosynam in sinu pauperis: et ipsa oret pro vobis ad dominum. Quia sic aqua extinguit ignem ita elemosyna extinguit peccatum.

Honora dominum de tua substantia et de primitiis frugum tuarum da pauperibus. **Oratio Gloria.** **In tertio nocturno**

Iesus autem cum ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus postea esurijt.

Gladius sathanas non temptabis dominum deum tuum.

Reliquit eum temptator et accesserunt angeli et ministrabant ei.

Clamabit ad me et ego exaudiam eum. **Cum ipse suum in tribulatione.** **Secundum Hieronymum**

In illo tempore ductus est Iesus in desertum a spiritu ut temptaretur a diabolo. **Et reliqua**